NICOLAVS DONATVS

DUX XCIII.

Electus Menſe Aprili 1618. præfuit dies 40.

SCHEMA VETVS.

E Senatore Dux. Ortum bellum ex maleſanâ pace ſuſcepi, & ſuſtinui: vim & inſidias compreſſi, repuli, vitavi conſtans, cautuſque quadraginta diebus, quibus ſolis præfui, Rempublicam ſervavi auxi, ornavi.

XCIII

MAppa Geographica grandem inſpice plagam lector, quadraginta ſcilicet dierũ curriculo Faſtos æternos Nicolai Donati. Civis numeros omnes in Magiſtratibus cum abſolviſset, publicâ utilitate contentus, Throno vacante, etiam cum Procuratoribus D. Marci in arenam deſcendit & vicit, titulo meriti, non dignitatis. A Pace, Principatus exordia, quam cum Auſtriacis initam Populo ſignificavit. Inſidias inde Oſsunæ ProRegis, & Alphonſi Quevæ Hiſpani Oratoris, uno momento detexit, percuſsit; excubantibus ad illius urbis cuſtodiam Divis, quam in medio aquarum Deus poſuit Fidei Firmamentũ. Inſatiabilis Oſsunæ animus poſt-

quàm